

363
R. Rev. Henrico Florenio Petri Zimmermanni S.P. de die 1639.
Cum D. Conradus Bergius sit Professor Scholae et thesaurarius
librorum aliquot suspectorum syllabo tanquam Professor
Scholae edat, et non Ecclesiasticis sed Scholasticis auditoribus
proponat, vel coecus palpare poterit, hoc negotium pri-
maris Scholam hujus civitatis concernere, atque requirere,
ut suam auctoritatem interponat is, cui nuper rime
ab Amplissimo Senatu cura rerum Scholasticarum con-
missa est, ita ut, quod collapsum est, reparet, quod san-
ctum, sanet, quod noxium, abigat. Quare si Clarissimus
Dominus Rector officio suo satisficere, conscientia sua
consulere, juventutis rationem habere, velit, necesse
habet, ut sua sponte, non aliorum, sed suo nomine autho-
ritate thesauri et syllabi admonet de suppressione, imo
non solum admonet, sed omnem lapidem moveat, ut
ejusmodi perniciorum menses in herba supprimatur,
principis enim obstandum est, et raro medicina paratur,
cum mala per longas invaluerint moras. Interim ne
in Schola ad Ecclesias nostras hoc venenum transvolet,
nos etiam, quod officii nostri erit, non obliviscemur,
sed pro viribus Domini Rectoris incensatum opus adjuvabi-
mus nostris precibus et consiliis. Vale in Domino. 7. Sept.
1639
Reverendo Dno Henrico Florenio Petrus Zimmermannus
suo Compatri

290.
Nobilissimo Rustorfio H. Altingius Sal. à Dno.
Vir Nobilissime, Amplissime Domine; quod inter alias cu-
ras publicas, quae te urgent, religionis orthodoxae passim
neglectae et squalentis negotium ad animum revocas,
pietatis est tua non erubescens Christus etiam sub
cruce. Salivam tibi moverat lectio corporis. Disser-
tationis nostrae de Syncretismo, cujus plenum gustum
ut tibi exhibeam, mitto exemplum ejus ex autographo
sine vitio descriptum, una cum ejusdem generis addi-
tamentis duobus. Subjuxissem etiam exegeticae logicae
& Theologicae in totam Augustanam Confessionem
Heidelbergae jam ante annos XX. publicè traditam, nisi
majoris operis visa fuisset. Ex his faulde periculis, non
modo, quo loco Augustanam Confessionem habeam, quidve

de controversiis Lutherianorum sentiam, verum etiam me
adeo alienum non esse ab eorum societate religiosa, et eam
toto animi affectu desiderem atque expetam, modo aliquid dispendio
veritatis et praedicio eorum, qui hucusque causam ipsam ex ve-
ro Dei pio zelo egerant, confici et obtineri. Notum mihi
ex observationibus historicis, quod Palatini inde ab anno LX.
superioris seculi, quod Hassi Salsellani longius etiam ab
anno XXVIII. pro dissidentium conciliatione moliti fue-
rant. Ab horum vestigiis ne latum quidem unquam recedo-
re. Sed vero est, quod ne vixit et merito sollicitum habet, quod
video nonnullos, quos minimè vitio decedat, alienissimos
tempore in hac tristi Ecclesiarum Reformatarum
disputatione post tot fauora magnorum Theologo-
rum et privatorum, qui forte superant, exilia, sycre-
tum ab iniquissimis et acerbissimis adversariis non
tam efflagitare, quam emendicare, ita quidem, ut qua
clara sunt, obscurare, et cothurnis inducere; quae
certa, in dubio ponere, quae verissima negare, adeoque
totum genus illius doctrinae, quae hactenus sonuit in
Ecclesiis scholisque nostris ad palatium Lutherianum
attemperare haud vereantur, ut mihi quidem videtur,
non alio fine, quam ut proscripi jam nostri Terri-
nandi sententia anno XXXIX. huius seculi, et ab Augusta-
nae confessionis consortio ex his nidus suos relinquere
et solam verrere cogantur. Non hoc scribo perturbare
sione quadam animi, sed explorata veritate, cui certis
indiciis multa patuerunt ac patent. Quò molestius ferò
Reverendum virum multisque egregiis animi dotibus instructum
divinitus D. ~~Bartholomaeum~~ Durandum, nec rerum nostrarum satis gra-
vum nec necessaria vocatione ad id auctoratum tam peri-
culosis rebus agendis cum palatium adhiberi, ac decus Ecclesiarum
nostrarum tam misere passim prostituere. apud Lutheranos.
Sed bene habet, quod dicit paulatim non modo quanta molis nego-
tium aggressus sit, sed etiam, quod omnia agendo non nisi actum
agat. Gaudeo vero Vir Nobilissime, quod nec approbas huiusmodi con-
silia, nec adjuvas, neque nonnisi tui auspiciis amari patere. In quo
ut deinceps etiam persistas, nec à veterum Salsellianorum pia consue-
tudo deflectas, non moneo, sed per Christum, cuius hic res agitur, oro. Ita
consilii actionibusque omnibus vestris coelesti sua gratia perpetuo adju-
et adristat. Bene vale Vir amplissime, et veterem clientem solito affectu
amplectere. Groninga XI. Cal. Aug. a. d. 1639.